(6) ſiquidem ciuitas cum domino non numeratur in vnum numerum: nec vmquam ciuitas cum rege ſimul operatur.] Sicut Ariſt. in iiij. libro Phyſic. diſtinguens modos varios, quibus aliquid dicitur eſſe in alio, regnum dicit eſſe in rege tamquam in primo mouente; ſimiliter dici poteſt de ciuitate, & de domo. ſic Dionyſius, quia natura humana à Chriſto aſſumpta non erat ſubſtantia per ſe, ſed quæ eſſe cœpit in hypoſtaſi Chriſti veri regis, aſſimilat eam ciuitati, quæ à rege ſuſtentatur, tamquam in ipſo rege habeat ſuam hypoſtaſim. Sicut igitur rex & ciuitas non numerantur in vnum numerum, ideſt, non reddunt duos; ſic Verbum Dei, & caro quam aſſumpſit, non reddunt duos Chriſtos, vt Paulus Samoſatenus fingebat; quia caro eſſe cœpit non per ſe, & ſeparatim, ſed in hypoſtaſi Verbi ſuſtentantis & vnientis eā ſibi. Et quamuis ſubſtantia corporis humani à Verbo aſſumpti propriam operationem in vno Chriſto habeat (diuerſarum enim ſubſtantiarum diuerſæ ſunt proprietates & operationes) tamen quia non erat per ſe, non per ſe operabatur, ita vt Verbum per ſe ſimul cum humanitate per ſe operante operaretur. Declarat hoc magis Euſtathius Epiſcopus Beryti in apologia, ſiue defenſione epiſtolæ S. Leonis ad Flauianum de incarnatione. Cum enim, inquit, dixiſſet S. Leo: Operabatur enim vtraque forma cum alterius communione, quod habuit proprium; ſubiungit, Verbo quidem operante hoc quod eſt Verbi, corpore vero perficiente quæcumque erant corporis. Cum dixit, Verbo operante, auctoritatem & poteſtatem & libertatem diuinitatis ſignificauit: quæcumque enim ſunt Verbi, hæc ſunt principalia, & regia. non ſubiungit autem, Corpore operante, ſed perficiente quæcũque ſunt cor-

poris; vt tibi ſignificaret, quòd corpus ad voluntatem Verbi vniti, cuius erat factum proprium, mouebatur ſecundum ordinē naturæ, quando hoc placeret Verbo. non enim ex ſe ipſo ad naturales paſſiones ciebatur, aut ad ea quæ extrinſecus accidebant, ſed Verbo permittente œconomice. hactenus Euſtathius.

(7) formam hominis] Paulus Samoſat. formam hominis appellabat hominem per ſe exiſtentem. hoc errore poſito, aiebat ſimiliter formam ſerui in Paulo ad Philipp. cap. ij. ſeruum intelligi.

(8) non natura homo, ſed natura Deus.] Non negat differentiam naturarum in Chriſto, neque negat Chriſtum eſſe duas naturas vnitas, eundemq. verum Deum & verum hominem: ſed negat diuiſionem naturarum, quam Paulus Samoſat. faciebat, qui naturam hominis à Chriſto aſſumptam ponebat per ſe proprie in hypoſtaſi humana, quod hæreticum eſt. Chriſtus enim, vt ait S. Athanaſius in libello inſcripto, Quòd vnus eſt Chriſtus; non accepit naturam Adæ, ſcilicet per ſe (talis enim natura ſine coniunctione viri & feminæ reperiri non poteſt; quia eſſentiam, ſiue naturam filiorum ſeminauit Deus in patribus, ſicut ſcriptura dixit de Leui, eſſe in lumbis Abrahæ patris) ſed aſſumpſit ex Adam habitum, ideſt, carnem anima intelligente præditam. hactenus Athanaſius, qui locum etiam Pauli explicauit, cum dixit: Habitu inuentus vt homo. naturam enim hominis non per ſe, ſed in hypoſtaſi Verbi Dei ſuſtentatam vocauit habitum humanitatis. Vnde beatus Cyrillus in epiſt. ad Succenſum, ſecutus Dionyſium Alex. & epiſtolam Iulij Pont. Rom de vnione corporis cum diuinitate, quam idem Cyrillus in Synodo Epheſina citauit, ſicuti Leontius Byzantius teſtatur, vt euitaret hanc diuiſionem naturarum, quam Paulus Samoſat. ponebat, dixit vere eſſe vnam naturam

Hebr. 7.

Philip. 2.

Verbi incarnatam, ideſt cum carne. Sic enim intellexit & expoſuit idē Cyrillus.

(9) tamquam habitans Verbum in homine.] Habitationem Verbi in nobis negat Dionyſius, qualem ponebat Paulus Samoſat. σχετικῶς, ideſt, ſecundum habitudinem, ſicut habitat in multis per gratiam, non autem veram & hypoſtaticam, quā hæreticus negabat. Cyrillus autem Alexan. in primo tomo Pentabibli contra Neſtorium ait, explicaſſe Paulum locum Euangelij Ioannis, Et habitauit in nobis, cum ait in epiſt. ad Coloſſ. ij. habitaſſe in Chriſto plenitudinem diuinitatis corporaliter; ne quis ſuſpicaretur fuiſſe ſimplicem habitationem σχετικὴν, ideſt, ſecundum habitudinem, ſed veram & ſecundum hypoſtaſim.

(10) fuga generationis eſt.] quia non eſt Deus natus ex vna virgine matre, niſi vna perſona Verbi in terra facta caro habitauit in ea, ideſt, in natura noſtra. fuit enim conſubſtantialis matri & nobis propter communionem naturæ.

(11) multæ reperientur matres.] Ipſe enim dixit in Euāgelio Matth. cap. xij. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

(12) qui ſanctificat & qui ſanctificatur.] Sic videtur legiſſe Dionyſius Areop. Eccleſ hierar. cap. iiij. prope fin. vt adnotauit ſanctus Maximus in ſcholijs ſuis; licet, vt idem ait, etiam tempore ſuo legeretur (vt nunc legitur,) ſanctificantur. Cyrillus quoque Alexandrinus lib. iij. contra Neſtorium, ſanctificatur legit, ſicut vterque Dionyſius. Eſt autem inſignis interpretatio loci Pauli Hebr. cap. ij. vnum eſſe, & non alium & alium qui vt Deus ſanctificat, & vt homo ſanctificatur à ſe ipſo, vt ab vno omnes ſanctificentur, ſicut ipſe dixit Ioan. cap. xvij. Ego ſanctifico me ipſum pro eis, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

(13) non eſt homo,] ideſt, non erat

erat perſona hominis, ſed perſona Dei, qui vnus & ſolus eſt ſanctus Dei Verbum Chriſtus.

(14) non eſt igitur homo qui dixit.] Ratio conſequentiæ eſt, quia qui hoc dixit, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, Matth. cap xxvj. ſemper dilexit iuſtitiam, & ſemper odio habuit iniquitatem, quod eſt proprium Dei, qui non poteſt iniquitatem, quam odio habet, aliquando diligere, ſicut homines. propter iniquitatem autem quam odio habebat non vt habet homo, ſed vt Deus, ſimiliter triſtabatur vſque ad mortem, non vt homo triſtatur, ſed vt Deus, licet triſtaretur in humanitate.

(15) erant enim per omnia ſimiles ſecundum hypoſtaſes.] Erant hirci ſimiles ſecundum hypoſtaſes, quia vterque per ſe ſubſiſtebat, cum alioqui alter ab altero hypoſtaſi differret, natura vna copulati. Sic Pater & Filius, quorum figura erant iſti duo hirci, vt idem Dionyſius paulo poſt ait, proprietatibus hypoſtaſeωn differunt: proprietate enim quæ eſt hypoſtaſis, alius eſt Filius à Patre, & alius Pater à Filio: ſed ſimiliter per ſe ſubſiſtunt, & ſunt vna & eadem natura communis totius Trinitatis per ſe ſubſiſtens in tribus perſonis. Quod autem beatus Cyrillus in allegorijs Leuitici, quæ Glaphyra vocat, duos iſtos hircos ad vnum Chriſtum retulit, ſicut etiam duas illas auiculas; nō retulit exemplum ad hypoſtaſes hircorum (ait Leontius Byzantius in quæſtionibus hypotheticis & definitiuis contra eos qui negant eſſe in Chriſto poſt vnionem duas naturas,) ſed retulit, inquit, ad differentiam viui & immolati. vnus enim Chriſtus in carne eſt paſſus & immolatus, non autem in diuinitate, quæ eſt ipſa per ſe vita. De hoc loco admonui, tum ne putetur contradictio in allegoria duorum hircorum relata à Dionyſio Alexandrino ad duas perſonas Patris & Filij, & relata à Cyrillo ad vnam perſonā Chriſti; quia vtrumque alia & alia ratione conuenit; tum etiā, vt ſi Neſtoriani hoc exemplum Cyrilli de duobus hircis ad Chriſtum relatis nobis obiecerint ad probandum auctoritate Cyrilli duas hypoſtaſes in Chriſto, parati ſimus ad reſpondendum, ſicut nos Leontius Byzantius reſpondere docuit.

(16) & ipſe paſſioni communicauit paraclitus Spiritus.] Communicauit paſſioni non patiendo, ſed inſeparabiliter operando. vna enim forma diuinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti operabatur communione alterius formæ humanitatis, quæ erat propria Filij; diuinitate operante quod proprium erat diuinitatis, & carne exequente quod proprium carnis, vt Leo primus in epiſt. ad Flauianum diuine diſſerit.

(17) Ingenitum Patrem nulla ſcriptura tradidit.] Non negat ingenitum eſſe: ſed quia Paulus Samoſat. captioſe vocauit ingenitum, vt ſignificaret Chriſtum tamquam genitum, recentem eſſe & creaturam, idcirco ait non ſumpſiſſe ex ſcriptura vlla hoc verbum, vt quidem non eſt in ſcriptura, ſed ex dolo & praua ſententia ſua.

(18) Librum primum vocat librū Geneſis, quia eſt primus liber Legis. ſimiliter ſcriptura vocat caput libri principium libri primi, ideſt Geneſis, cum ait: In capite libri ſcri- Pſal. 39.
ptum eſt de me, vt faciam voluntatem tuam, Deus volui. Hunc locum ſic ſanctus Maximus in dialogo cū Pyrrho Monothelita interpretatur. Hæc, inquit, verba Pſalmi Apoſtolus de Chriſto accepit & interpretatus eſt; & Moyſes Deum introducit dicentem: Faciamus hominem ad ima- Geneſ. 1.
ginem & ſimilitudinem noſtram. Si igitur homo eſt imago diuinæ naturæ, diuina autem natura liberæ poteſtatis eſt, conſequēs neceſſario eſt, vt imago natura ſit liberæ poteſtatis; ſi quidem ſimilitudinem archetypi ſeruat, quod ſi ita eſt, erat autem

poris; vt tibi ſignificaret, quòd corpus ad voluntatem Verbi vniti, cuius erat factum proprium, mouebatur ſecundum ordinē naturæ, quando hoc placeret Verbo. non enim ex ſe ipſo ad naturales paſſiones ciebatur, aut ad ea quæ extrinſecus accidebant, ſed Verbo permittente œconomicæ. hactenus Euſtathius.

(7) formam hominis] Paulus Samoſat. formam hominis appellabat hominem per ſe exiſtentem. hoc errore poſito, aiebat ſimiliter formam ſerui in Paulo ad Philipp. cap. ij. ſeruum intelligi.

(8) non natura homo, ſed natura Deus.] Non negat differentiam naturarum in Chriſto, neque negat Chriſtum eſſe duas naturas vnitas, eundemq. verum Deum & verum hominem: ſed negat diuiſionem naturarum, quam Paulus Samoſat. faciebat, qui naturam hominis à Chriſto aſſumptam ponebat per ſe proprie in hypoſtaſi humana, quod hæreticum eſt. Chriſtus enim, vt ait S. Athanaſius in libello inſcripto, Quòd vnus eſt Chriſtus; non accepit naturam Adæ, ſcilicet per ſe (talis enim natura ſine coniunctione viri & feminæ reperiri non poteſt; quia eſſentiam, ſiue naturam filiorum ſeminauit Deus in patribus, ſicut ſcriptura dixit de Leui, eſſe in lumbis Abraæ patris) ſed aſſumpſit ex Adam habitum, id eſt, carnem anima intelligente præditam. hactenus Athanaſius, qui locum etiam Pauli explicauit, cum dixit: Habitu inuentus vt homo. naturam enim hominis non per ſe, ſed in hypoſtaſi Verbi Dei ſuſtentatam vocauit habitum humanitatis. Vnde beatus Cyrillus in epiſt. ad Succenſum, ſecutus Dionyſium Alex. & epiſtolam Iulij Pont. Rom de vnione corporis cum diuinitate, quam idem Cyrillus in Synodo Epheſina citauit, ſicuti Leontius Byzantius reſtatur, vt euitaret hanc diuiſionem naturarum, quam Paulus Samoſat. ponebat, dixit vere eſſe vnam naturam

Hebr. 7.

Philip. 2.

Verbi incarnatam, id eſt cum carne. Sic enim intellexit & expoſuit idē Cyrillus.

(9) tamquam habitans Verbum in homine.] Habitationem Verbi in nobis negat Dionyſius, qualem ponebat Paulus Samoſat. σχετικὴν, id eſt, ſecundum habitudinem, ſicut habitat in multis per gratiam, non autem veram & hypoſtaticam, quā hæreticus negabat. Cyrillus autem Alexan. in primo tomo Pentabibli contra Neſtorium ait, explicaſſe Paulum locum Euangelij Ioannis, Et habitauit in nobis, cum ait in epiſt. ad Coloſſ. ij. habitaſſe in Chriſto plenitudinem diuinitatis corporaliter; ne quis ſuſpicaretur fuiſſe ſimplicem habitationem σχετικὴν, id eſt, ſecundum habitudinem, ſed veram & ſecundum hypoſtaſim.

(10) fuga generationis eſt.] quia non eſt Deus natus ex vna virgine matre, niſi vna perſona Verbi in terra facta caro habitauit in ea, id eſt, in natura noſtra. fuit enim conſubſtantialis matri & nobis propter communionem naturæ.

(11) multæ reperientur matres.] Ipſe enim dixit in Euāgelio Matth. cap. xij. Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

(12) qui ſanctificat & qui ſanctificatur.] Sic videtur legiſſe Dionyſius Areop. Eccleſ. hierar. cap. iiij. prope fin. vt adnotauit ſanctus Maximus in ſcholijs ſuis; licet, vt idem ait, etiam tempore ſuo legeretur (vt nunc legitur,) ſanctificantur. Cyrillus quoque Alexandrinus lib. iij. contra Neſtorium, ſanctificatur legit, ſicut vterque Dionyſius. Eſt autem inſignis interpretatio loci Pauli Hebr. cap. ij. vnum eſſe, & non alium & alium qui vt Deus ſanctificat, & vt homo ſanctificatur à ſe ipſo, vt ab vno omnes ſanctificentur, ſicut ipſe dixit Ioan. cap. xvij. Ego ſanctifico me ipſum pro eis, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

(13) non eſt homo,] id eſt, non

erat perſona hominis, ſed perſona Dei, qui vnus & ſolus eſt ſanctus Dei Verbum Chriſtus.

(14) non eſt igitur homo qui dixit.] Ratio conſequentiæ eſt, quia qui hoc dixit, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, Matth. cap xxvj. ſemper dilexit iuſtitiam, & ſemper odio habuit iniquitatem, quod eſt proprium Dei, qui non poteſt iniquitatem, quam odio habet, aliquando diligere, ſicut homines. propter iniquitatem autem quam odio habebat non vt habet homo, ſed vt Deus, ſimiliter triſtabatur vſque ad mortem, non vt homo triſtatur, ſed vt Deus, licet triſtaretur in humanitate.

(15) erant enim per omnia ſimiles ſecundum hypoſtaſes.] Erant hirci ſimiles ſecundum hypoſtaſes, quia vterque per ſe ſubſiſtebat, cum alioqui alter ab altero hypoſtaſi differret, natura vna copulati. Sic Pater & Filius, quorum figura erant iſti duo hirci, vt idem Dionyſius paulo poſt ait, proprietatibus hypoſtaſeωn differunt: proprietate enim quæ eſt hypoſtaſis, alius eſt Filius à Patre, & alius Pater à Filio: ſed ſimiliter per ſe ſubſiſtunt, & ſunt vna & eadem natura communis totius Trinitatis per ſe ſubſiſtens in tribus perſonis. Quod autem beatus Cyrillus in allegorijs Leuitici, quæ Glaphyra vocat, duos iſtos hircos ad vnum Chriſtum retulit, ſicut etiam duas illas auiculas; nō retulit exemplum ad hypoſtaſes hircorum (ait Leontius Byzantius in quæſtionibus hypotheticis & definitiuis contra eos qui negant eſſe in Chriſto poſt vnionem duas naturas,) ſed retulit, inquit, ad differentiam viui & immolati. vnus enim Chriſtus in carne eſt paſſus & immolatus, non autem in diuinitate, quæ eſt ipſa per ſe vita. De hoc loco admonui, tum ne putetur contradictio in allegoria duorum hircorum relata à Dionyſio Alexandrino ad duas perſonas Patris & Filij, & relata à Cyrillo ad vnam perſonā Chriſti; quia vtrumque alia & alia ratione conuenit; tum etiā, vt ſi Neſtoriani hoc exemplum Cyrilli de duobus hircis ad Chriſtum relatis nobis obiecerint ad probandum auctoritate Cyrilli duas hypoſtaſes in Chriſto, parati ſimus ad reſpondendum, ſicut nos Leontius Byzantius reſpondere docuit.

(16) & ipſe paſſioni communicauit paraclitus Spiritus.] Communicauit paſſioni non patiendo, ſed inſeparabiliter operando. vna enim forma diuinitatis Patris & Filij & Spiritus ſancti operabatur communione alterius formæ humanitatis, quæ erat propria Filij; diuinitate operante quod proprium erat diuinitatis, & carne exequente quod proprium carnis, vt Leo primus in epiſt. ad Flauianum diuine diſſerit.

(17) Ingenitum Patrem nulla ſcriptura tradidit.] Non negat ingenitum eſſe: ſed quia Paulus Samoſat. captioſe vocauit ingenitum, vt ſignificaret Chriſtum tamquam genitum, recentem eſſe & creaturam, idcirco ait non ſumpſiſſe ex ſcriptura vlla hoc verbum, vt quidem non eſt in ſcriptura, ſed ex dolo & praua ſententia ſua.

(18) Librum primum vocat librū Geneſis, quia eſt primus liber Legis. ſimiliter ſcriptura vocat caput libri principium libri primi, ideſt Geneſis, cum ait: In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatem tuam, Deus volui. Hunc locum ſic ſanctus Maximus in dialogo cū Pyrrho Monothelita interpretatur. Hæc, inquit, verba Pſalmi Apoſtolus de Chriſto accepit & interpretatus eſt; & Moyſes Deum introducit dicentem: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Si igitur homo eſt imago diuinæ naturæ, diuina autem natura liberæ poteſtatis eſt, conſequēs neceſſario eſt, vt imago natura ſit liberæ poteſtatis; ſi quidem ſimilitudinem archetypi ſeruat, quod ſi ita eſt, erat au- *Pſal. 39.* *Geneſ. 1.*

tem

tem Chriſtus natura archetypum, & natura imago, igitur idem ſecundum ambas naturas poterat natura velle. demonſtratum vero prius eſt auctoritate patrum, eſſe voluntatem poteſtatem natura liberam. Eſt autem aduertendum, homonyme, ſiue æquiuoce dici liberam poteſtatem, ſicut naturam. aliter enim dicitur in Deo, aliter in angelis, aliter in hominibus. hactenus ſanctus Maximus. Opportunitas loci Dionyſij de primo libro, quem vocat, & Geneſim intellexit, adduxit me ad interpretandū obiter locum Pſal. xxxix. de capite libri, qui à multis & magnis auctoribus varie expoſitus eſt; ſed primus & ſolus, quod ego obſeruauerim, ſanctus Maximus ſenſum attigiſſe videtur. Valet etiam hic locus Pſalmi ab Apoſtolo de Chriſto Deo & homine acceptus contra Paulum Samoſatenſem.

(19) Euangeliſta docet nos.] Docet ſcilicet, cum ait Matth. ij. Et erat ibi vſque ad obitum Herodis regis. & ſubiungit: Vt impleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum. Si enim erat filius Dei qui in Aegyptum fugit, & ibi fuit vſque ad obitum Herodis regis; ergo in ſuis, & non in alienis fuit, ſicut ait Ioannes Euangeliſta cap. 1. de eodem Filio Dei: In propria venit, &c. Sic etiam ad propria profectus eſt fugiens, & non ad aliena.

(20) neſciens non iubet.] Cum dicit Samoſatenſis, Suade ex ſcriptura; videtur iubere & committere Dionyſio vt reſpondeat ex ſcriptura: non tamen iubet neque committit vt ex ſcriptura reſpondeat & ſuadeat, quia ipſe quomodo ſcriptura ſcribi debeat, præſcribit.

(21) & cum peruerſo peruerteris.] Hoc dicit Dionyſius Alexand. contra Paulum Samoſaten. quia ſicut ipſe præſcribit normam quomodo debeat ſcribi ſcriptura, ſimiliter Dionyſius præſcribit normam quomodo debeat ſcribi ſcriptura auctore Samoſatenſe, ita ſcilicet, vt diceret, Exinaniuit ſemetipſum, ſeruum hominem accipiens.

(22) & hinc duæ formæ per ſe.] Vna forma eſt Patris & Filij, quia vna diuinitas: opinione tamen Pauli Samoſaten. duæ, quia duos faciebat, vnum ante ſæcula ingenitum, ideſt Patrem, & vnum electūm Deū nouiſſimis diebus Chriſtum filium Dei habitudine.

(23) in ſimilitudinem hominum factus.] Non eſt intelligendum ſimpliciter, In ſimilitudinem hominū factus; neque ſic intellexit Paulus, interprete Dionyſio (prius enim dixit, Formam ſerui accipiens) ſed ſic, Factus in ſimilitudinem hominum, ſcilicet ſeruorum. ſtatim enim ſequitur: Habitu, ſcilicet ſerui, inuentus vt homo. Factus itaque in ſimilitudinem hominum ſeruorum, vere ac natura homo erat, præterquam quod non erat vere & natura ſeruus, ſed tamquam miniſtrator, ſicut ipſe de ſe dixit in Euangelio Luc. xxij. & tamquam ſeruiens, iuxta prophetiam Eſaiæ cap. liij cum ait de eo: Et vult Dominus iuſtificare iuſtum bene ſeruientem multis. Similiter cum ait idem Apoſt. in epiſt. ad Rom. cap. viij. Mittens Deus Filium ſuum in ſimilitudinē carnis peccati; non ait, In ſimilitudinem carnis ſimpliciter, ſed carnis peccati. hic enim ſimilitudo carnis peccati vera caro eſt, hoc excepto, quòd non eſt caro peccati, ideſt, ex coniunctione viri & feminæ, cuiuſmodi eſt omnis caro, excepta carne Chriſti ex virgine matre concepti & nati, & excepto Adam protoplaſto. Sic Didymus in libro contra Manichæos interpretatus eſt.

(24) & erudit eos myſtice.] Quia Dionyſius Alexandrinus dicit myſticam fuiſſe lauationem illam pedum, quam Chriſtus exemplo ſuo diſcipulos ſuos, & nos in eis facere docuit & præcepit, & ipſe quid myſtice, ideſt, in arcano & occulto ſenſu ſignificaret, non explicauit, quia nec

nec ad id quod agebat, opus erat; explicemus nos ſi forte poſſumus, veſtigia Scripturæ ſanctæ, & alterius Dionyſij Areopagitæ, & aliorum antiquorum ſequentes, vt vndecumque opportunitate oblata lectorem iuuemus. Dionyſius igitur in Eccl. hierar. cap. de Communione, explicaturus quid myſtice ſignificaret lauatio manuum ſacerdotis ad altare, recitat verba Scripturæ in lauatione pedum, & ita recitat, vt ſimul explicet quid myſtice ſignificent pedes, qui ſunt extremæ partes corporis, ſicut manus etiam; vt perſpici poteſt, ſi quis eas ſurſum erigat, & in ſublime tollat. ſic enim ait: Qui lotus eſt, inquit Scriptura, non indiget niſi vt extrema ſua lauet. non obſcure ſignificauit eodem pertinere myſtice illam pedum lauationem, & hanc manuum. Ait igitur Dionyſius Areopagita ſignificare in ænigmate lauationem hanc manuū, ituros ſacerdotes ad operationem mundiſſimam myſterij Euchariſtiæ oportere extremas etiā animæ phantaſias repurgare. Extremas phantaſias animæ vocat ſolas cogitationes cupiditatis malæ, à paſſione nudas, quibus nos etiam quo ad fieri poteſt ipſo adiuuante carere vult & præcipit Dominus, qui eas vult eſſe cogitationes noſtras, quas Paulus in ſpiritu Dei deſcripſit in epiſt. ad Philipp. cap. iiij. De cetero, inquit, fratres, quæcumque ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iuſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque honeſtæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. Idem quoque Paulus docet & præcipit repurgationem animæ vſque ad extremas iſtas cogitationes à paſſione nudas proferre & porrigere. Sic enim ait in epiſt. ad Coloſſ. cap. iij. Mortificate ergo membra veſtra quæ ſunt ſuper terram; fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malā. Quem locum explicans ſanctus Maximus in centuria j. cap. lxxxiij. Fornicationē, inquit, vocat ipſam operationem peccati; immunditiam τὴν συγκατάθεσιν, ideſt, ipſum conſenſum: paſſionem, quam vetus interpres vertit libidinem, vocat cogitationem ἐμπαθῆ, ideſt paſſione affectam: concupiſcentiam malam vocat nudam, ſiue ſolam cogitationem malæ cupiditatis. Primū enim, inquit, iſta nuda cogitatio à memoria ortum ducens, mente concipitur; quæ cum moram facit, excitatur paſſio; qua paſſione non ſublata flectitur mens ad aſſentiendum: hac aſſenſione facta, ad conſummationē peccati venitur. deinde ſubiungit idem ſanctus Maximus: Apoſtolus ergo cum ſcriberet ad Chriſtianos ex gentibus, primum præcepit tollere ipſum opus peccati conſummati; deinde ordine retromeantes regredi ad cauſam. hactenus ſanctus Maximus. Videmus in hoc ordine ab Apoſtolo deſcripto, & à ſancto Maximo explicato, nudam cogitationem malæ concupiſcentiæ eſſe extremam radicem peccati, relatam ad conſummationem peccati. Huiuſmodi ergo extremas phantaſias, vt Dionyſius Areopagita vocat, ſiue cogitationes, quæ ex memoria, quæ eſt in parte animæ phantaſtica, ortum ducunt, licet à paſſione nudas, docuit Dominus in illa myſtica lauatione pedum debere repurgare, corpus ſuum participaturos, quos ſic ad perfectionem vitæ hortabatur & inſtruebat. Hucuſque progreſſa eſt interpretatio myſtica Dionyſij Areopagitæ, tum ad lauationem illam pedum pertinens quæ facta eſt ante communionem corporis Domini, tum ad hanc manuum, quæ ante conſecrationem fit ad altare: atque hanc quidem lauationem myſticam ſiue pedum, ſiue manuum (vtraque enim ſunt extrema corporis, vt dictum eſt) ideſt, facere huiuſmodi emundationem extremarum cogitationum cupiditatis malæ, vnicuique Chriſtiano præcipit Dominus, omnibus enim dixit: Eſtote Matth. 5.

per-

perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Quis enim credat præcepiſſe Dominum diſcipulis in illo
Ioan. 13. loco Euangelij Ioannis, vt alter alterius lauarent pedes, & ſuos non lauarent? Sit igitur hæc lauatio myſtica vniuſcuiuſque propria, quam Dionyſius apoſtolicus auctor, ſicut dictum eſt, explicauit. Illa vero lauatio pedum mutua alterius in altero, quam Dominus expreſſit, prætermiſſa eſt à Dionyſio Areopagita, id eſt, non explicauit quid myſtice ſignificaret. fortaſſe prætermiſſa eſt hæc explicatio, quia videbat factam eſſe ab Apoſtolo tum in epiſt ad Galatas cap. vj. tum in epiſt. ad Coloſſ. cap. iij. Tunc igitur alter alterius pedes lauamus, ſicut Dominus præcepit, cum ſi quis habet querelam aduerſus alterũ, ei remittit. tunc enim veluti ſordes, in quibus ambulabat, detrahit illi, & veluti onere eum leuat. Huiuſmodi mutua inter nos querelarum condonatio ad pacem & humilitatem ſeruandam, quam Dominus in illo loco docere voluit, pernecessaria eſt. Hinc nata eſt Apoſtolica traditio, vt in Miſſa Græcorum Diaconus antequam ad conſecrationem & communionem ventum ſit, ſic moneat voce elata: Μή τις κατά τινος, id eſt, Ne quis aduerſus aliquem, ſcilicet habeat querelam, ſed condonet. Eſt hæc admonitio Diaconi in libro viij. Clementis de conſt. Apoſt. cap. xij. Ad hunc igitur locum, in quo iubet Dominus vt alter alterius pedes lauemus; quod in mutua condonatione querelarum & offenſionum perficitur, pertinet locus ille Pauli ad Galatas cap. vj. immo eum explicat, Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. qui enim remittit alteri, quodammodo illum exonerat. & clarius adhuc idem Apoſtolus in epiſt. ad Coloſſ. cap. iij. Supportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliũ habet querelam; ſicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Hæc eſt lex Chriſti, quam dicit Apoſtolus in epiſt. ad Galat. cap vj. vt ſicut ipſe donauit nobis, ita & nos condonemus fratribus. Hanc ſententiam de remittendis querelis in iſta myſtica lauatione pedum interpretanda contentis ſecutus eſt ſiue Cyprianus; ſiue alius quis antiquus & Eccleſiaſticus auctor in ſermone de ablutione pedum, & ſanctus Nilus in quadam epiſtola ſua, cum interpretationem huius loci Euangelij Ioannis attingeret: Simile, inquit, eſt illud; Alter alterius onera portate. & quia is qui aliorum pedes lauat, omniũ ſordes toleranter ferre debet, idcirco, inquit, labrum, quod mare æneum dicebatur, in quo lauabant ſacerdotes in templo, quod huius myſticæ lauationis in Euangelio typus erat, bobus æneis erat impoſitum, vt in ij. libro Paralip. cap. iiij. ſcriptum eſt. boues enim, quibus in opere ruſtico laborioſo vtimur, ſymbolum ſunt operariorũ & laborantium. vtrumque autem laborioſum eſt, nudas cogitationes malæ cupiditatis extirpare, & querelas aduerſus alterum condonare: ad quod perficiendum humilitate in primis opus eſt. Meminit etiam Dionyſ. huius labri veteris, & typũ fuiſſe myſticæ lauationis in Euangelio affirmat. Et certe cum euangelicus ſermo ſit profundus, non puto dubitandum eſſe, quin illud de labro vetere in templo ad lauandũ in vſum ſacerdotum poſito, ad lauationem quam in hoc Euangelij loco Chriſtianis, qui ſunt gens ſancta & regale ſacerdotium, facere præcipiebat, tamquam vmbram ad veritatem pertinere voluerit Dominus, & ſignificauerit, licet obſcure, quia ſcriptura difficilis & obſcura eſt. Hactenus de loco myſtico difficili.

(25) an de Verbo?] Quia Samoſatenſis Chriſtum faciebat hominẽ tantum, oportet autem ſecundum ſcripturam Deum quærere, & non creaturam (ſi proprie enim loquendum eſt, non eſt quærendum in quo

non

non eſt ſalus) hæc erat quæſtio Samoſatenſis de Verbo. Verum hæc quæſtio, vt paulo poſt ait Dionyſius, ſublata eſt, quia demonſtratum, inquit, eſt per Scripturam, Chriſtum eſſe Deum; ex quo fit, vt quærere eum oporteat. Sed rurſus obijcit Samoſatenſis ex loco Euāgelij, quomodo quæſitus, & quidem cum dolore, & inuentus eſt, ſi erat non factus, ſed ex æternitate cum Patre. quæritur enim res quæ videtur, & alijs ſenſibus deprehenditur: quod non conuenit in Deum inuiſibilem & æternum. Iam hæc quæſtio de re eſt, & non de Verbo, vt prior. Sic Samoſatenſis quæſtionem de Verbo cum quæſtione de re confundebat.

(26) In ijs quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe.] Perinde eſt ac ſi diceret: Si omnia ſunt Dei, & in omnibus & vbique eſt Deus Pater; quid me quærebatis tamquā abſentem? an neſciebatis me eſſe oportere vbique & in omnibus quæ Patris mei ſunt? Deinde ipſe de templo dixit prius per prophetam Eſaiam. cap. lv. Domus mea, domus orationis vocabitur. & poſtea in Euangelio, Matth. xxj. & antea per Oſeam cap. xij. In domo mea inuenerunt me. omnia autem quæ Patris ſunt, Filij ſunt.

(27) & comedit Deus. & paulo ante: Appoſuit Abraam Deo vitulum.] Sic legit Dionyſ. Alex. apud LXX. Viderint qui Hebraice ſciunt, an mutatione punctorum, aut alicuius litteræ ſimilis, ſic legi in noſtris libris poſſit, quod ex eruditiſs. Hebræo Chriſtiano audiui poſſe.

(28) perfidiam tuam conuincit.] Si enim Paulus eſuriuit, & non ex eo efficitur quin eſſet ſanctus, & expectaret Deū: ſimiliter ex eo quod Chriſtus eſuriuit, non efficitur quin eſſet Deus idem, qui in veteri Teſtamento dixit, Pſal. xlix. Si eſuriero, non dicam tibi. deinde Paulo homines cibum miniſtrabant; Chriſto autem noſtro cum eſuriſſet, angeli accedentes miniſtrabant.

(29) per duas res immobiles.] Duæ res immobiles ſunt verbum, & iuſiurandum. Deus enim, vt Apoſtolus Hebr. vj. ait, quoniam neminem habuit maiorem per quem iuraret, iurauit per ſemetipſum, dicēs: Niſi benedicens benedicam te; & multiplicans multiplicabo te, &c. promiſſa eſt hic futura in gentibus benedictio Abraæ in Chriſto IESV ex ſemine Abraæ: Deus autem eſt qui hoc ſe promiſit facturum: Deus igitur eſt qui deſcendit de cælo, id eſt, qui factus eſt homo, vt in eo impleretur hæc promiſſio Dei: quod Samoſatenſis inimicus Dei negabat.

(30) & cum Patre adoratus.] Hoc dixit, quia Ionas cap. ij. preces adhibuit Chriſto prophetice, qui aſſimilatus eſt Ionæ, quatenus fuit ſecundum corpus in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: in quibus precibus, vt ait Cyrillus Alexandrinus in commentarijs Prophetæ huius, gloriam Saluatoris confitetur. Hoc ergo fuit adorare Chriſtum tamquam verum Deum cum Patre: quod Paulum Samoſatenſem redarguit & conuincit.

(31) hominis præfigurati.] Significatio huius vocis προγεγραμμένος, ideſt præfiguratus, qua voce vſi ſunt hi Patres in hac epiſtola in loco Scripturæ de luctatione Dei cū Iacob interpretando, inuitat me ad admonendum de loco epiſtolæ ad Galatas cap. iij. vbi vſus eſt Paulus eadem voce, & in eadem ſignificatione, qua hi Patres vſi ſunt, Paulum imitati & interpretati. Sic enim acceperunt vocem προγεγραμμένος, vt ſi diceret, προτετυπωμένος, ideſt, præfiguratus, ſiue prædelineatus. γράφω enim pingo etiam ſignificat apud veteres auctores, & γραφὴ picturam, vt Nicephorus patriarcha Conſtantinopolitanus obſeruauit in ijs quæ de imaginibus & Cherubinis à Moyſe iuſſu Dei factis, erudiſſime & valde pie ſcripſit. Paulus igitur tam dilucide ait ſe docuiſſe Galatas ea quæ Prophetæ & Moyſes

de Chriſto futura eſſe locuti fuerāt, (ſicut ipſe teſtatur in actis Apoſtol. cap xxvj. ſe facere ſolitum apud Iudæos) vt quaſi oculis ſuis Chriſtum, quem Iudæi crucifixerunt, Galatæ prius in veteri Teſtamento pictum & figuratum vidiſſent; vt exempli cauſa, in Filio Dei angelo magni cōſilij, vt Eſaias cap ix. vocat, luctante cū Iacob προγεγραμμένος ἦν, ideſt, præfiguratus fuit Chriſtus Deus & homo tentatus, ſicut Apoſtolus ad Hebr. cap. iiij. ait, per omnia pro ſimilitudine carnis abſque peccato. qui cum tentatore & ſupplantatore iuxta interpretationem nominis Iacob pugnauit. Et in Iona egreſſo ex ventre ceti, à quo fuerat deuoratus, & prædicante poſtea Niniuitis, præfiguratus fuit, & quaſi ante depictus Chriſtus, qui primus ex reſurrectione mortuorum, ſicut Paulus in actis Apoſtolorum cap. xxvj. ait, erat lumen annuntiaturus gentibus, & populo. Huiuſmodi προγραφὴν, ideſt, præfigurationem, vocauit Paulus in eadem epiſtola paulo poſt allegoriam. In Sarra enim libera, & in Agar ancilla ait præfigurata eſſe duo teſtamenta. Fuit itaque Chriſtus in lege & in prophetis non ſolum prędictus, ſed etiam pręfiguratus. prædictio, hiſtorica eſt & prophetica; præfiguratio vero, prophetica & allegorica. Beatus Hieronymus ita interpretatus eſt locum Apoſtoli ad Galatas cap. iij. quaſi προγεγραμμένος tantum ſignificaret prius ſcriptum, quia de Chriſto lex & prophetæ ante ſcripſerūt. tametſi hunc ſenſum & interpretationem alioqui veriſſimā, obſcuriorem reddidit vox, proſcriptus, qua vſus eſt Hieronymus, & quæ in interpretatione Latina, quæ Hieronymi eſſe creditur, remanſit. At non hoc ſolum ſignificat vox προγεγραμμένος, ideſt, prius ſcriptum, ſed prius figuratum, ſiue præfiguratum; immo hoc magis proprie ſignificare arbitror: & ſic Apoſtolum accepiſſe, vt credam, mouet me horum Patrum auctoritas, quæ grauiſſima eſt, qui locum Pauli, vt dixi, ſecuti & interpretati videntur.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ

Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Βασιλείδην ἐπίσκοπον ἐρωτήσαντα περί τινων διαφόρων κεφαλαίων, πρὸς ἃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὁ Διονύσιος ἀποκρίσεις ἐποιήσατο, αἳ καὶ ὡς κανόνες ἐδέχθησαν· καὶ πρῶτον, περὶ τοῦ ποίαν ὥραν τοῦ ἁγίου σαββάτου ἐπιφωσκούσης τῆς ἁγίας κυριακῆς χρὴ ἡμᾶς ἀπονηστίζεσθαι τῇ νυκτί.

Διονύσιος Βασιλείδῃ τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ, καὶ ἀδελφῷ συλλειτουργῷ, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἀπέστειλάς μοι πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος καθ' ἣν ὥραν ἀπονηστίζεσθαι δεῖ τῇ τοῦ πάσχα ἡμέρᾳ. τινὰς μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν λέγειν φῂς, ὅτι χρὴ τοῦτο ποιεῖν πρὸς τὴν ἀλεκτροφωνίαν. τινὰς δὲ, ὅτι ἀφ' ἑσπέρας χρή. οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ ἀδελφοὶ, ὥς φασι, περιμένουσι τὸν ἀλέκτορα. περὶ δὲ τῶν ἐνταῦθα ἔλεγες, ὅτι τάχιον. ἀκριβῆ δὲ ὅρον περιτιθέναι ζητεῖς, καὶ ὥραν πάνυ μεμετρημένην, ὅπερ καὶ δύσκολον, καὶ σφαλερόν ἐστι. τὸ μὲν γὰρ ὅτι μετὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν

και-

BEATI DIONYSII

Archiepiſcopi Alexãdrini epiſtola ad Baſilidem Epiſcopum, qui de quibuſdam varijs capitibus interrogauerat, ad quæ Dionyſius per hanc epiſtolam reſpondit: quæ deinde reſponſiones veluti canones receptæ sũt. Et primum, Qua nam hora Sabbati ſancti, illuceſcente die ſancto Dominico, oporteat nos nocte illa ſoluere ieiunium.

Dionyſius Baſilidæ dilecto mihi filio, & fratri in ſacris comminiſtro, in Domino ſalutem.

Miſiſti ad me, fideliſſime & ſapientiſſime fili mi, interrogans qua hora die Paſchæ ſoluendum ſit ieiunium. Ais enim aliquos fratres dicere, quòd oportet hoc in galli cantu facere, alios vero quòd veſpere id faciendum ſit. Qui enim Romæ ſunt fratres, vt aiunt, gallum expectant. De ijs autem qui hic ſunt, dixiſti quòd citius. Horam autem exactam & valde demenſam quæris imponere, quod quidẽ eſt difficile & lubricũ. Quòd enim poſt reſurrectionis Domini

mini

mini tempus oportet feſtum lætitiamq. inchoare, ad illud vſque animis ieiunio humiliatis, erit apud omnes ſimiliter in confeſſo. Per ea autem quæ ſcripſiſti, probaſti (ſane admodum diuinorum Euangeliorũ ſenſu percepto) quòd nihil ab ipſis certò definitum de hora qua reſurrexit, apparet. Diuerſe enim Euangeliſtæ ad monumentum veniſſe ſcripſerunt mutatis temporibus, & omnes ſurrexiſſe iam Dominum dixerunt inueniſſe: & veſpere ſabbatorum, vt dixit Matthæus: & cum mane adhuc eſſet obſcurum, vt ſcribit Ioannes: & ſummo diluculo, vt Lucas: & valde mane orto iam ſole, vt Marcus: & quando ſurrexit quidem, nemo aperte declarauit. Quod autem veſpere ſabbati luceſcente vna ſabbatorum, vſque ad ortum ſolis vnius ſabbatorum, qui ad monumentum venerunt, eum non amplius iacentem inuenerunt, hoc in confeſſo eſt. Ac neque diſſentire, nec aduerſari inter ſe Euangeliſtas exiſtimemus. Sed quamquam parua quædam circa id quod quæritur controuerſia eſſe videatur, ſi omnes in vna nocte mundi lucem Dominum noſtrum exortum eſſe conſentientes, in hora diſſentiunt: nos tamen quæ ab eis

καιρὸν χρὴ καὶ τῆς ἑορτῆς καὶ τῆς εὐφροσύνης ἐνάρχεσθαι μέχρις ἐκείνου τὰς ψυχὰς ταῖς νηστείαις ταπεινοῦντας, ὑπὸ πάντων ὁμοίως ὁμολογηθήσεται· κατεσκεύασας δὲ δι᾽ ὧν ἔγραψάς μοι, πάνυ ὑγιῶς, καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων ἠσθημένος, ὅτι μηδὲν ἀπηκριβωμένον ἐν αὐτοῖς περὶ τῆς ὥρας, καθ᾽ ἣν ἀνέστη, φαίνεται. διαφόρως μὲν γὰρ οἱ εὐαγγελισταὶ τοὺς ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθόντας ἀνέγραψαν κατὰ καιροὺς ἐνηλλαγμένους· καὶ πάντες ἀνεστηκότα ἤδη τὸν κύριον ἔφασαν εὑρηκέναι. καὶ, ὀψὲ σαββάτων, ὡς ὁ Ματθαῖος εἶπε· καὶ, πρωΐας ἔτι σκοτίας οὔσης, ὡς ὁ Ἰωάννης γράφει· καὶ, ὄρθρου βαθέος, ὡς ὁ Λουκᾶς. καὶ, λίαν πρωῒ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ὡς ὁ Μάρκος. καὶ πότε μὲν ἀνέστη, σαφῶς οὐδεὶς ἀπεφήνατο. ὅτι δὲ ὀψὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ μιᾷ σαββάτων, μέχρις ἀνατολῆς ἡλίου τῆς μιᾶς σαββάτων, οἱ ἐπὶ τὸ μνημεῖον παραγινόμενοι οὐκέτι κείμενον ἐν αὐτῷ κατέλαβον αὐτὸν, τοῦτο ἀνωμολόγηται· καὶ μὴ διαφωνεῖν, μηδὲ ἐναντιοῦσθαι τοὺς εὐαγγελιστὰς πρὸς ἀλλήλους ὑπολάβωμεν. ἀλλ᾽ εἰ καὶ μικρολογία τις εἶναι δόξει περὶ τὸ ζητούμενον, εἰ συμφωνοῦντες πάντες ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ, τὸ τοῦ κόσμου φῶς, τὸν κύριον ἡμῶν ἀνατεταλκέναι, περὶ τὴν αὐτὴν ὥραν διαφέρονται, ἀλλ᾽ ἡμεῖς τὰ λεχθέντα εὐγνωμόνως,

τως, καὶ πιστῶς ἁρμόσαι προθυμηθῶμεν. τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ Ματθαίου λεχθὲν οὕτως ἔχει· ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον· καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· ἄγγελος γὰρ κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, καὶ προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ. ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών. ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος, εἶπε ταῖς γυναιξὶ, μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ, ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε, οὐκ ἔστιν ὧδε, ἠγέρθη γὰρ, καθὼς εἶπε. τοῦτο δὲ λεχθὲν τὸ, ὀψὲ, οἱ μέν τινες ἡγήσονται κατὰ τὴν κοινότητα τοῦ ῥήματος τὴν ἑσπέραν δηλοῦν τοῦ σαββάτου· οἱ δὲ * σοφώτεροι, ἐξακούοντες, οὐ τοῦτο, ἀλλὰ νύκτα βαθεῖαν ἐροῦσιν εἶναι, βραδύτητα, καὶ μακρὸν χρόνον τοῦ ῥήματος τοῦ ὀψὲ δηλοῦντος. καὶ ὅτι νύκτα λέγει, καὶ οὐχ ἑσπέραν, ἐπήγαγε· τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, καὶ ἦκον, οὔπω, ὡς οἱ λοιποί φασι, τὰ ἀρώματα φέρουσαι, ἀλλὰ θεωρῆσαι τὸν τάφον· καὶ εὗρον τὸν σεισμὸν γεγονότα, καὶ καθήμενον τὸν ἄγγελον ἐπὶ τοῦ λίθου, καὶ ἀκηκόασι παρ᾽ αὐτοῦ·

dicta ſunt, fideliter ac pie conciliare ſtudeamus. Quod à Matthæo quidem dictum eſt, ſic habet: Veſpere ſabbatorum lucescente in vnam ſabbatorum, venit Maria Magdalene, & altera Maria ad ſpectandũ ſepulchrum. Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini cum deſcendiſſet de cælo, accedens reuoluit lapidem, & ſedit ſuper ipſum. Erat autem ſpecies eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius candidum ſicut nix. Præ timore autem eius concuſſi ſunt qui cuſtodiebant, & facti ſunt velut mortui. Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos: ſcio enim quòd IESVM crucifixum quæritis: non eſt hic: ſurrexit enim ſicut dixit. Id autem quod dictum eſt, Veſpere, alij quidem exiſtimabunt ſecundum verbi communitatem ſignificare veſperam ſabbati: ſapientiores autem id audientes, non hoc, ſed profundam noctem eſſe dicent, tarditatem & longum tempus veſpere ſignificante. Et quòd noctem dicit, & non veſperam, ſubiunxit: Illuceſcente in vnam ſabbatorum, & venerunt, nondũ, vt ceteri dicunt, aromata ferentes, ſed ad ſpectandum ſepulchrum. Inuenerunt autem factum eſſe terræmotum, & Angelũ ſuper lapidem ſedentem: & audierunt ab

Matth. 28.

* σοφώτερον ἐξακούοντες,

Marc. 16. *Luc. 24.*

ipſo: Non eſt hic, ſurrexit. Similiter Ioannes, In vna ſabbatorum, inquit, Maria Magdalene venit mane, cũ adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum, & videt lapidem ſublatum à monumento: ſed iuxta eum, cum adhuc eſſent tenebræ, præceſſerat. Lucas autem dicit: Sabbato quidem quieuerunt ſecundum præceptum: vna autem ſabbatorum ſummo mane ad monumentum venerunt, ferentes quæ parauerant aromata. inuenerunt autem lapidem à monumento reuolutum. Summum mane fortaſſe matutinum ſplendorem, qui prius ſubapparet, ſignificat vnius ſabbatorum. Et ideo iam perfecte præterito cum tota conſequente nocte ſabbato, & alio die incipiente venerunt, aromata & vnguẽta ferentes. Vnde perſpicuum eſt, quòd multo ante reſurrexerat. Hoc Marcus quoque ſequitur, dicẽs: Emerunt aromata, vt venientes vngerent IESVM. Et valde mane vniusſabbatorum veniunt ad monumentum orto iam ſole. Valde enim mane hic quoque dixit, quod idẽ eſt ac ſummo diluculo. & ſubiunxit, Orto iã ſole. Profecto quidẽ & iter earũ ſummo diluculo & valde mane incepit: in itinere autẽ & circa monumentũ moram traxerunt vſque ad

Ioan. 20. Luc. 24. Marc. 16.

τοῦ· οὐκ ἔστιν ὧδε, ἠγέρθη· ὁμοίως ὁ Ἰωάννης· ἐν μιᾷ τῶν σαββάτων, φησί, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἦλθε πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου· πλὴν παρὰ τούτῳ σκοτίας ἔτι οὔσης προεληλύθει. ὁ δὲ Λουκᾶς φησί, τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν· τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον, φέρουσαι, ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα, εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. ὁ βαθὺς οὖν ὄρθρος ἴσως προϋποφαινομένην ἔχει αὐγὴν ἑωθινὴν ἐμφανίζειν τῆς μιᾶς τῶν σαββάτων· διὰ τὸ παρῳχηκέναι ἤδη τελείως σὺν τῇ μετ᾽ αὐτὸ νυκτὶ πᾶν τὸ σάββατον, καὶ ἑτέραν ἄρχεσθαι ἡμέραν, ὅτε ἦλθον τὰ ἀρώματα καὶ τὰ μύρα φέρουσαι. ὅθεν δῆλον, ὡς ἀνειστήκει πρὸ πολλοῦ. τούτῳ κατακολουθεῖ καὶ ὁ Μάρκος λέγων· ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. λίαν μὲν γὰρ πρωῒ καὶ οὗτος εἶπεν, ὅπερ ταυτόν ἐστι τῷ, βαθέος ὄρθρου. καὶ ἐπήγαγεν, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου· ἡ μὲν γὰρ ὁρμή, καὶ ἡ ὁδὸς αὐτῶν, δῆλον, ὡς ὄρθρου βαθέος, καὶ λίαν πρωῒ κατήρχθη· παρέτειναν δὲ κατά τε τὴν πορείαν, καὶ περὶ τὸ μνημεῖον διατρίβουσαι μέχρις ἀνα

τολῆς

ortum

πολλῆς ἡλίου· καὶ λέγει τότε ταύταις ὁ νεανίσκος ὁ λευχείμων· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε. τούτων οὕτως ἐχόντων, τοῦτο τοῖς ἀκριβολογουμένοις * ἀπολογούμεθα, κατὰ ποίαν ὥραν, ἢ ποῖον ἡμιώριον, ἢ ὥρας τέταρτον ἄρχεσθαι προσήκει τῆς ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως χαρᾶς. τοὺς μὲν λίαν ἐπιταχύνοντας, καὶ πρὸ νυκτὸς ἐγγὺς ἤδη μεσούσης ἀνιέντας, ὡς ὀλιγώρους, καὶ ἀκρατεῖς μεμφόμεθα, ὡς παρ' ὀλίγον προκαταλύοντας τὸν δρόμον, λέγοντος ἀνδρὸς σοφοῦ· οὐ μικρὸν ἐν τῷ βίῳ τὸ παρὰ μικρόν. τοὺς δὲ ἐφυστερίζοντας, καὶ διαρκοῦντας ἐπὶ πλεῖστον, καὶ μέχρι τετάρτης φυλακῆς ἐγκαρτεροῦντας, καθ' ἣν καὶ τοῖς πλέουσιν ὁ σωτὴρ ἡμῶν περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐπεφάνη, ὡς γενναίους, καὶ φιλοπόνους ἀποδεχόμεθα. τοῖς δὲ μεταξὺ ὡς ἐκινήθησαν, ἢ ὡς ἐδυνήθησαν ἀναπαυσαμένοις, μὴ πάνυ διοχλῶμεν· ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἓξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως, οὐδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν, ἄσιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ οὐδεμίαν. καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπερθέσεσιν, εἶτα ἀποκάμνουσι, καὶ μόνον οὐκ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γεύσεως. εἰ δέ τινες οὐχ ὅπως

* ἀποφαινόμεθα,

ortum ſolis. & illis quidem tunc dicit adoleſcens candidatus: Surrexit, non eſt hic. Hæc autẽ cum ita ſe habeant, illis qui hoc accuratius ſubtiliusq. cõſiderant, enuntiamus quota hora, vel etiam ſemihorula, vel quarta horæ oportet incipere lætitiam ob Domini noſtri à mortuis reſurrectionem: & eos quidem qui nimium feſtinant, & paulo ante mediam noctem ieiuniũ frangunt, vt negligentes ac intemperantes reprehendimus, vt qui propemodum antequàm par ſit curſum abruperint, dicente viro ſapiente: Non paruum eſt in vita quod parum abeſt. Eos autem qui differũt, & plurimum perferunt, & ad quartam vſque vigiliam fortiter abſtinent, in qua etiam Saluator noſter nauigantibus in mari ambulans apparuit, vt generoſos & laborum tolerantes ſuſcipimus: ijs autem qui interea vt moti ſunt, vel vt potuerunt, quieſcunt, non valde moleſti ſumus: quandoquidem nec ſex ieiuniorum dies æquali aut ſimili omnes tolerantia perferunt: ſed alij quidem vel omnes tranſmittunt ieiuni permanentes, alij duos, alij tres, alij quatuor, alij nullum. Et ijs quidẽ qui in illis tranſmittendis valde laborauerũt, deinde defeſsi ſunt, & propemodũ deficiunt, ignoſcendum eſt quòd celerius guſtent. Si qui

Matth. 14.

autē non modo non tranſmiſſis, ſed ne ieiunatis quidem, vel etiā in delicatis conuiuijs, cōſumptis præcedētibus quatuor diebus, ad duos eosq. ſolos extremos dies cum venerint, illis à ſe cibo non guſtatõ tranſmiſſis, paraſceue & ſabbato, magnum quid & egregiū ſe facere exiſtimant ſi ad auroram vſque permanſerint: non puto eos ex æquo certamen ſubijſſe cum ijs qui ſe plu ribus diebus prius exercuerūt. Hæc quidem vt ſentio, conſulens de hoc ſcripſi.

11\. De mulieribus quæ ſunt in abſceſſu, an eas ſic affectas oporteat domū Dei ingredi, ſuperuacaneū vel interrogare exiſtimo. Neque enim ipſas arbitror, ſi ſint fideles ac piæ, ſic affectas, auſuras vel ad ſanctam menſam accedere, vel corpus & ſanguinem Domini attingere. Neque enim quæ duodecim annorum fluxum patiebatur, ipſum Dominum feſtinans ad medicinā tetigit, ſed ſolam veſtimenti eius fimbriam. Orare enim quomodocumque ſe habeat aliquis, & vtcumque ſit affectus Domini meminiſſe, & auxiliū implorare, non eſt reprehendendum: ad ſancta autē ſanctorum, qui non anima & corpore purus eſt, accedere prohibebitur.

Matth. 9.

ὅπως ὑπερθέμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες, ἢ καὶ τρυφήσαντες τὰς προαγούσας τέσσαρας, εἶτα ἐλθόντες ἐπὶ τὰς τελευταίας, δύο καὶ μόνας αὐτὰς ὑπερτιθέντες, τήν τε παρασκευὴν, καὶ τὸ σάββατον, μέγα τι, καὶ λαμπρὸν ποιεῖν νομίζουσιν, ἂν μέχρι τῆς ἕω διαμείνωσιν, οὐκ οἶμαι τὴν ἴσην ἄθλησιν αὐτοὺς πεποιῆσθαι τοῖς τὰς πλείονας ἡμέρας προησκηκόσι. ταῦτα μὲν οὖν, ὡς φρονῶ, συμβουλεύων περὶ τούτου ἔγραψα.

Περὶ δὲ τῶν ἐν ἀφέδρῳ γυναικῶν, εἰ προσῆκεν αὐτὰς οὕτω διακειμένας εἰς τὸν οἶκον εἰσιέναι τοῦ θεοῦ, περιττὸν καὶ τὸ πυνθάνεσθαι νομίζω. οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς οὔσας, καὶ εὐλαβεῖς τολμήσειν οὕτω διακειμένας ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι. οὐδὲ γὰρ ἡ τὴν δωδεκαετῆ ῥύσιν ἔχουσα, πρὸς τὴν ἴασιν σπεύδουσα, ἔθιγεν αὐτοῦ· ἀλλὰ μόνου τοῦ κρασπέδου. προσεύχεσθαι μὲν γὰρ, ὅπως ἂν ἔχοι τις, καὶ ὡς ἂν διακέηται μεμνῆσθαι τοῦ δεσπότου, καὶ δεῖσθαι βοηθείας τυχεῖν, ἀνεπίφθονον· εἰς δὲ τὰ ἅγια, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ὁ μὴ πάντῃ καθαρὸς καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, προσιέναι κωλυθήσεται.

Quod hic ait Dionyſius, mulieres tempore menſtrui non debere ad ſacram menſam accedere, id non tamquam canonem ab omnibus ſeruandum propoſuit, nec contrarium ſentientes damnauit, ſed tantum ex propria ſententia locutus eſt, quam etiam ab alijs examinari voluit. Vide Card. Barõ. Tom. 2. Annal. Eccl. anno Domini 266. num. xj.

Αὐτάρκεις δὲ καὶ οἱ γεγαμηκότες ἑαυτῶν ὀφείλουσιν εἶναι κριταί. ὅτι γὰρ ἀπέχεσθαι προσήκον ἀλλήλων ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσωσι τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὦσιν, ἀκηκόασι Παύλου γράφοντος.

Οἱ δὲ ἐν ἀπροαιρέτῳ νυκτερινῇ ῥύσει γενόμενοι, καὶ οὗτοι τῷ ἰδίῳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν· καὶ ἑαυτοὺς, εἴτε διακρίνονται περὶ τούτου, εἴτε μὴ, σκοπείτωσαν· ὡς ἐπὶ τῶν βρωμάτων ὁ διακρινόμενος, φησὶ, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται· καὶ ἐν τούτοις δ᾽ εὐσυνείδητος ἔστω, καὶ δ᾽ ἐπαῤῥησίαστος πᾶς, κατὰ τὸ ἴδιον ἐνθύμιον, ὁ προσιὼν τῷ θεῷ.

Ταῦτα μὲν σὺ τιμῶν ἡμᾶς, οὐ γὰρ ἀγνοῶν, ἀγαπητὲ, τὰ πύσματα ὑμῖν προσήγαγες, ὁμόφρονας ἡμᾶς ὥσπερ ἐσμὲν, καὶ ἰσοψύχους ἑαυτῷ παρασκευάζων· ἐγὼ δὲ οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ᾽ ὡς μετὰ πάσης ἁπλότητος προσῆκον ἡμᾶς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, εἰς κοινὸν τὴν διάνοιαν ἐμαυτοῦ ἐξέθηκα· ἣν ἐπικρίνας καὶ σὺ συνετώτατέ μου υἱὲ, ὅτι ἂν σοι φανῇ βέλτιον, καὶ οὕτως ἔχειν δοκιμάζῃς, ἀντιγράψεις. ἐῤῥῶσθαί σε ἀγαπητὲ υἱέ μου, ἐν εἰρήνῃ τῷ κυρίῳ λειτουργοῦντα, εὔχομαι.

Porro & qui matrimonio III.
iuncti ſunt, debent eſſe ſui ido
nei iudices. Quòd enim à ſe
inuicem ex conſenſu ad tem- 1. Cor. 7.
pus abſtinere conueniat, vt
vacent orationi, & rurſus con
ueniant, Paulum dicentem
audierunt.

Qui autem in non volun- IIII.
tario nocturno fluxu fuerint,
ij quoque propriam conſcien
tiam ſequantur, & ſe ipſos an
de eo diſcernant, an non, con-
ſiderent: & quemadmodum
in cibis, Qui diſcernit, inquit, Rom. 14.
ſi comederit, cōdemnatus eſt:
in his quoque bonæ ſit con-
ſcientiæ & fiduciæ, ſecundum
propriam cogitationem, qui
ad Deum accedit.

Has tu quidem, nos hono-
rans (non enim ea ignoras, ò
dilecte) nobis quęſtiones pro-
poſuiſti, nos vt eiuſdem ſen-
tentiæ ſicut & ſumus, eiuſ-
demq. animi, ſimul præparās.
Ego autem non vt doctor, ſed
vt cum omni ſimplicitate con
uenit nos inuicem differere,
meam ſententiam in commu-
ne edidi: quam cum tu exa-
minaueris, fili mi ſapientiſſi-
me, quod tibi melius apparue
rit, & ſic etiam ſe habere exi-
ſtimaueris, reſcribes. Valere te, dilecte fili mi, in pace Do-
mino miniſtrantem opto.

FINIS.

REGESTVM

† A B C D E F

Omnes ſunt quaterniones præter †, F, duerniones.

R O M AE
Ex Typographia Vaticana.
M DC VIII.

ſures primum reputans, qui ſpolia & rapinam venirent, manſi in lecto nudus plane, vt eram, ſolo induſio coopertus: reliquum autem veſtitum prope me poſitum porrexi. At hi, ſurgere iubent, & quàm mox abire. Tandem animaduertens quamobrem aduenta ſſent, cœpi vociferari, ſupplex illos precatus vt abirēt, nosq. illic manere paterentur. Quin etiam petebam ab eis, vt ſi quo me beneficio afficere cuperent, ipſi caput meum ceruicibus abſcindere dignarentur: ſicq. ſatellitibus, qui me eſſent cruciatum abducturi, anteuerterent. Illi, dum hæc clamore efferebam (ſicut conſortes mei, & omnium mearum calamitatum participes pro certo norunt) me inuitum è lecto excitarunt. Tum ego humi me ſupinum proſternere. Iſti igitur manibus pedibusq. me abreprum (Caius quidem, Fauſtus, Petrus & Paulus, qui me ſequebantur, iſtarum rerum omnium teſtes eſſe poterunt) educere, ac prehenſum prope inuito animo ab oppidulo exportare, & nudo aſino impoſitum, ſecum inde auehere.

πρότερον ἡγούμενος ἐπὶ σύλησιν καὶ ἁρπαγὴν ἀφικομένους, μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἧς ἤμην γυμνὸς ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι· τὴν δὲ λοιπὴν ἐσθῆτα παρακειμένην αὐτοῖς ὤρεγον. οἱ δὲ, ἐξανίστασθαί τε ἐκέλευον καὶ τὴν ταχίστην ἐξιέναι. καὶ τότε συνεὶς ἐφ' ᾧ παρῆσαν, ἀνέκραγον δεόμενος αὐτῶν καὶ ἱκετεύων ἀπιέναι καὶ ἡμᾶς ἐᾶν. εἰ δὲ βούλονταί τι χρηστὸν ἐργάσασθαι, τοὺς ἀπάγοντάς με φθάσαι, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοὺς τὴν ἐμὴν ἀποτεμεῖν ἠξίουν. καὶ τοιαῦτα βοῶντος, ὡς ἴσασιν οἱ κοινωνοί μου καὶ μέτοχοι πάντων γενόμενοι, ἀνίστασαν πρὸς βίαν. κἀγὼ μὲν παρῆκα ἐμαυτὸν ὕπτιον εἰς τοὔδαφος. οἱ δὲ, διαλαβόντες χειρῶν καὶ ποδῶν, σύροντες ἐξήγαγον. ἐπηκολούθουν δέ μοι οἱ τούτων πάντων γενόμενοι μάρτυρες, Γάϊος, Φαῦστος, Πέτρος, Παῦλος. οἳ καὶ ὑπολαβόντες με, φοράδην ἐξήγαγον τοῦ πολιχνίου, καὶ ὄνῳ γυμνῷ ἐπιβιβάσαντες ἀπήγαγον. ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ ὁ Διονύσιος διεξέρχεται.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

EX

4-3-3

BIBLIOTECA
1